



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XIIX. Qui matrimonium accusare possint, vel contra illud testari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

Ad iudicem Ecclesiasticum: adeo, ut si
actio natiuitatis, id est, an quis sit filius
legitimus, tantum incidat in hoc iudici-
um, & principaliter agatur de hereditate,
quam quis petit tanquam filius, ea ad ju-
dicem Ecclesiasticum sit remittenda. Ne-
que enim hic accessorium sequitur suum
principale, cum Laicus sit omnino inca-
pax huius iudicii Ecclesiastici.

Qui matrimonium accusare possunt,
vel contra illud testari.

TIT. XVIII.

Tertio huius libri capite explicatur, quo-
modo matrimonium dissolvatur, nem. eod.
pe per accusationem, & per divortium,
non quidem inter aliquos rite contra-
ctum, illud enim est indissolubile: sed
quod de facto, non jure contractum
iudicis auctoritate dissolvi debet.

1. Quid est accusatio matrimonii?

Est impedimenti, ob quod matrimo-
nium consistere inter conjuges non
potest, coram competente iudice legiti-
me facta allegatio.

2. Qui accusare possunt, vel non?

Sub distinctione respondendum est.

X 3

Quod

Quod si accusatio non contineat delictum
 ipsorum conjugum, sed fiat ob impe-
 dimentum aliquod, puta: quia vir sit
 nudus vel maleficiatus, aut alias impeditus
 ad actum conjugalem, vel quia mulier
 arcta, ut cognosci non possit: hoc calu-
 mnia ad solos spectat conjuges, non
 iam ad extraneos, quorum nihil interest.
 Si vero accusatio delictum contineat,
 quia aliqui in gradu prohibito contra-
 xerunt se aut contrahere voluisse dicuntur, ut
 quilibet ad accusandum matrimonium
 admittitur: hoc tamen ordine servato,
 & Can. 1. post parentes admittantur proximiores
 consanguinei, sive agnati, & cognati, & de-
 ficientibus extranei, inter eos antiquiores
 & honestiores preferantur.

c. 3. h. t.
& Can. 1.
seqq.
XXV.
qu. 6.

Accusator autem matrimonii, qui
 cum publice matrimonium ex legitime
 denunciaretur, tacuerit, postea contracto
 matrimonio non auditur, nisi veni-
 liter denunciationem ignoraverit, vel
 rare paratus sit, se hactenus impedimen-
 tum ignorasse, sed jam recens illud disci-
 cisse. Sic & repellendus est, qui per qu-
 stum profiliit ad accusandum matrimo-
 nium.

c. ult. h. t. 9.
c. 5. h. t.

3. *Qui & qualiter recipi testes in causa ma-
 trimonii possunt?*

Testes ipsimet ac personaliter coram
iudice compareant necesse est, & de im-
pedimento testimonium dicant, non et-
iam per litteras. Testes autem recipiun- *c. 2. b. t.*
tur etiam parentes, fratres, cognati utri-
usque sexus, maxime quando agitur de
consanguinitate; quamvis alias regulari-
ter improbatum sit domesticum testimo-
nium: idque ideo, quia tales omnium *d. c. 31. b. t.*
optime nosse præsuntur consanguini-
tatem & affinitatem suam, cum unus-
quisque suam genealogiam ex recitatione
majorum scire laboret.

De Divortiis.

TIT. XIX.

Quid est divortium & quotuplex?

Divortium est legitima mariti & uxoris
apud competentem iudicem facta
separatio. Dictum vel a diversitate men-
tionum, quia in diversas partes eunt, qui di-
strahunt matrimonium; vel potius a Di- *c. 2. D. cod.*
vertendo, seu Divortendo. Divortium
autem bifariam accipitur, vel pro direm-
ptione ipsius matrimonii quoad vincu-
lum, quæ proprie Divortium dicitur; vel
pro separatione quoad thorum.